

QUÆSTIO XXII.

Utrum possint Regulares alienare bona immobilia, quæ tempore facta sunt inutilia?

SUMMARIUM.

- 113 Si in bonis sterilibus nulla sit spes utilitatis...
115 Probatur prædicta resolutio.
116 Prædium relictum à testatore cum onere.
117 Domus relicta Monasterio, & seculari, si secularis vult vendere, potest & Monasterium.

113. Bona conventus in duplici differentia consideranda sunt, vel ita sunt de præfenti sterilia, ut tractu temporis possint esse utilia, vel quia nulla est spes eorum utilitatis, sed perpetuum habentur ut infructifera.

114. Dico ergo, quod si talia bona ita facta sunt sterilia ut spes aliqua eorum utilitatis, quod non possunt Regulares alienare; maxime verò si nulla sit spes. Filliucius tr. 44. c. 4. num. 6. Bonacina de Alienatione bonorum, quæst. unica, punct. 2. num. 9. Rursus patet. Quaranta verb. Alienat. n. 37. cum Rebuffo, & aliis Lezana tom. 2. c. 19. n. 55

115. Probatur prima pars; quia lex Ecclesiastica prohibet alienationem bonorum Ecclesie pro eorum conservatione tam de præfenti, quam de futuro, atqui illud de futuro potest esse utile: ergo sine solemnitate requisita alienari non possunt, nec in eis extingui census impostus. Secunda pars inde ostenditur, quia tale immobile idem est conventui, ac non esset, & ideo census in eo impostus pro rata petiit: nam juxta Constitutionem Pii V. de censibus. Extincto prædio super quod census est impostus, extinguitur obligatio census; & ideo talis remissio non est dicenda voluntaria, sed necessaria, ut probatur ex l. 1. ff. de Fund. det. Alienationes, ff. famil. Megala 2. 1. lib. 2. c. 91. n. 92.

116. Similiter dicendum cum Molina, Lessio, Medina, & aliis quos citat & sequitur Bordon. Resolut. 27. num. 3. de prædio relicto à testatore, qui antea inierat contractum cum alio de illius permutatione, possunt tunc Regulares sine solemnitatibus talem permutationem facere, quia illa permutatio non est vera alienatio, sed potius executio contractus initi à suo testatore, ac legatario, & res transit cum suo onere.

117. Idem etiam dicendum cum eodem Bordonio citato num. 5. si domus, vel vinea, v. g. relinquantur divisim Ecclesie, ac seculari; tunc secularis si vult vendere suam partem, potest Ecclesia sine alia facultate vendere etiam partem suam; secularis enim tunc utitur jure suo, licet præjudicium afferat tertio: l. Cum eo, ff. de servit. verb. Præd. Megala secunda secunda, lib. 2. 1. cap. 3. num. 11. Tamen

Filliuc. Bonacina. Quaranta. Rebuff. Lezana.

Pius V.

L. 1. ff. L. Alienat.

116. Molina. Lessius. Medina. Bordon.

L. Cum eo. Megala.

pecunia illa pertinens ad Ecclesiam, si fuerit bonæ quantitatis implicanda est in bonis immobilibus.

QUÆSTIO XXIII.

Utrum Regulares sine debita solemnitate gregem pecudum, armentum boum vendere, & arbores cadere in suis prædiis valeant?

SUMMARIUM.

- 118 Regulares, greges pecudum, bene tamen eorum fructus, alienare non possunt.
119 Arbores si utiles, non possunt cadere, secus verò, si inutilis.
120 Possunt cadere arbores, ut meliores ponantur, & ad reparandam Ecclesiam.
121 Possunt arbores moderatè cadere pro usu domus, & etiam ut vendantur.

Sub communi prohibitione, quod bona, quæ servando servari non possunt quæ nempe, per triennium durant, & usu non consumuntur, vel fructificant: veniunt grex pecudum, & armenta boum, eorumque præsepium, & inde sine debita forma juris non possunt alienari: bene tamen fructus gregis & armenti, vendendo, nempe, oves, capras, vitulos, & pullos; hæc enim æquiparantur fructibus camporum, arce, ac vineæ, & similiter, aliqui boves, vel oves ex ipso grege, ut solent facere alii pastores, cum hoc non fiat multa ipsius gregis dissipatione. Ita Suarez tom. 4. de Religione, tracta. in 8. lib. 2. cap. 27. num. 19. Filliucius tract. 44. cap. 4. num. 24. M. Lezana tom. 2. cap. 19. n. 55. Molina, Quaranta, Lessius, quos citat, & sequitur Bonacina de Alienat. g. unica, punct. 2. num. 4.

Quantum ad secundum dico contra Bonacina citatum, num. 8. & de Contractibus, disp. 3. quæst. 8. num. 19. Quod arbores seie caducæ, vel umbratiles, seu nimis condensæ, quarum conservatio prædiis potius est nociva, quam proficua; bene possunt cadere: at verò si arbores sint fructiferae, utiles, vel magna æstimationis, & maxime inserviunt ad ornatum, & elegantiam; quibus ablati, prædium sit deterioris conditionis præscindi non possunt. Ita Navarrus, Rodriguez, Quaranta, quos citant, ac sequuntur Peirin. tom. 1. Privileg. Constitut. 9. Julii 11. annot. 17. Castro Palau de rebus Eccles. non alienandis, punct. 15. §. 1. num. 7. & Probatur: quia arbores sunt bona mobilia pretiosa, ac magna æstimationis, quæ servando servari possunt; ergo veniunt sub hac prohibitione.

Ex his deducitur, quod non incidit in censuras qui arbores extirpat, ac cædit, ut vineam, ac alias utiliores ibi constituat, ut docent Riccius decis. 136. Rodriguez quæst. 27. art. 4. Navarrus Consil. 6. & 7. Nec etiam ligatur censuris, qui sine debita solemnitate amputat arbores ad reparationem Ecclesie, quia hoc non videtur alienatio, sed localis mutatio,

118.

119.

120.

Suarez. Filliucius. Lezana. Molina. Quaranta. Lessius. Bonacina.

Navarr. Rodrig. Gavarr. Peirin. Castr. Pal.

Riccus. Rodrig. Navarr.

Bonacina.

121.

L. Item. Quaranta.

Castr. Pal.

Pellizar. Fr. Ant. ab Spir. Sanct.

mutatio; & hic casus videtur per Epiphiam exceptus ob necessitatem. Ita Bonacina de Alienat. loco citato, n. 8. §. Tertius casus est.

Tandem sequitur, quod Ecclesiastici, ac Regulares possunt in utroque foro facere cætionem arborum moderatam, absque notabili damno pro usu foci, ac domus, & etiam ad vendendum; secus verò si talis cætio fuerit immoderata, ac indisereta. Et probatur: quia Ecclesiasticus debet uti arboribus, & fundo arbitrio boni viri tanquam bonus Paterfamilias, l. Item si fundi, ff. de usufruct. Ut etiam notat Quaranta verb. Alienat. num. 33. in fine. At boni Paterfamilias communiter, singulis annis cædunt aliquas arbores in suis fundis pro usu foci, & etiam ad aliquam partem vendendam, teste experientia: ergo & similiter Ecclesiastici possunt se gerere. Castro Palau tract. 9. de rebus Eccles. non alienandis, punct. 15. §. num. 7. Ingeniosus quidam Recentior apud Pellizarium tract. 6. cap. 8. num. 98. §. Ino ingenios. M. Fr. Anton. ab Spirit. Sanct. tom. 2. tract. 3. disp. 6. sect. 6. num. 1182.

aliqua reliquia possit dari de una Ecclesia, ac de uno Conventu ad aliam Ecclesiam, ac ad alium Conventum, dummodo Ecclesia dans non sit defraudata, vel si aliunde ei fiat magna recompenfatio, & in hoc sensu intelligenda est sententia aliorum Doctorum.

Dico secundò, quantum ad oblationes, ac vota fidelium facta alicui imagini, si fuerint magni valoris, auri, & argenti; vel alterius eximii valoris, quæ servando servari valent, non possunt alienari; secus si fuerint parvi, & minimi valoris. Riccius decis. 102. Bonacina disputatione 2. quæstione unica, de Alienatione, punct. 2. num. 6. M. Lezana tom. 2. cap. 19. numero 57. prope finem. & Probatur: quia hujusmodi vota si sunt magni valoris habentur tanquam bona immobilia pretiosa, proindeque alienari non possunt, ut diximus, aliter si sint minimi valoris, tamen esto sit magni valoris, si aperte & evidenter sunt inutiles communi praxi video transmutari in aliud ad ipsius Ecclesie, vel imaginis ornamentum, ac obsequium.

124.

Riccus. Bonacina. Lezana.

125.

126.

C. Cum cc. Navarr.

Rodrig.

127.

QUÆSTIO XXIV.

An Religiosi possint alienare reliquias Sanctorum, ac oblationes ex devotione fidelium?

SUMMARIUM.

- 122 Reliquia Sanctorum non possunt alienari.
123 Ratio Resolutionis.
124 Vota fidelium magni valoris, non possunt alienari, maxime minimi.
125 Donata pretiosa cum clausula; ut non alienentur, etiam Apostolicè confirmata, si sunt inutiles, possunt vendi ad aliam rem utilem, & n. 126.
127 Quid Prælati Ecclesie de his valeat ordinare, & n. 128.

122.

Bonacina. Diana. Dicastill.

123.

Dico in hac re, quod sine licentia Sedis Apostolicæ, ac aliis solemnitatibus requisitis, non possunt Regulares insignes reliquias Sanctorum, quæ in suis Ecclesiis habentur, & inde consequenter reliquias, seu corpora, quæ in monumentis perpetuo constituta sunt extrahere, & alienare. Ita Bonacina de Alienatione bonorum Ecclesie, disp. 2. quæst. unica, punct. 2. num. 31. Diana 4. part. tract. 4. Resol. 223. Dicastill. de justitia, lib. 2. tract. 15. disp. 1. dub. 6. num. 27. & alii contra Castrum Palau tract. 12. disp. unica, de rebus Ecclesie non alienandis, punct. 15. §. 1. num. 8. pro se citantem Riccium, Bonacina sibi contrarium de Contractibus, disp. 3. g. 8. punct. 4. num. 17.

Et ratio nostræ resolutionis est: quia in hac prohibitione comprehenduntur bona pretiosa immobilia quavis temporalia: atqui reliquias Sanctorum sunt super omnem temporalem æstimationem, nec pretio æstimari possunt: ergo à fortiori veniunt in hac prohibitionem: cum hoc tamen bene fiat, quod Sylveira Opuscula.

Ex quo patet resolutio cujusdam casus. Quædam Regina cuidam Monialium Monasterio in hoc Regno Portugallie donavit quædam mobilia pretiosa, conditione apposta, ut nunquam alienari, vel vendi possent, & ad hoc impetravit Bullam à Romano Pontifice absque ullis censuris, & inter illa pretiosa erat quædam Porta pax; tamen per novum Missale Romanum, usus illius instrumenti dandi pacem sublatus est, quæstum est: An ille Conventus posset vendere, & alienare illam porta pacem, & aliam pretiosam rem mobilem emere ad usum altaris, ad cujus ministerium relicta est à Regina?

Optimè responderunt Viri Doctissimi, quod talis res pretiosa bene poterat vendi, ac alienari, ut, commutaretur in aliam rem ad usum altaris. Fundamentum est: quia cessante sine legis; cessat lex, cap. cum cessante de Appellationibus, l. Finali, ff. de hereditat. institut. Navarrus in Consiliis, titulo de sententia Excommunication. Consilio 57. Suarez lib. 6. de leg. cap. 9. numero undecimo. Atqui in prædicto caso cessavit finis donantis, & finis Papæ Confirmantis: nam mens donantis erat, ut serviret in altari; atqui talis usus per novam Ecclesie cæremoniam est ablati: ergo cessavit finis fundatrici, ac Papæ Confirmantis, quia jam non potest inservire in altari. Et confirmatur: quia constitutiones Summorum Pontificum positæ in jure communi, interveniente rei inutilitate non obligat, sed possunt alienari ad majorem utilitatem Ecclesie, ut supra diximus, & per multos Textus ac Doctores citatos ad marginem probat Rodriguez tom. 1. quæ Regularem, g. 27. n. 1. 2. ergo nec illa confirmatio Apostolica obligat in prædicto casu.

Si verò quæres: An testator instituens Monasterium heredem, cum sufficientibus, possit hanc conditionem apponere, ut oblationes in tali Ecclesia factæ expendantur in pios usus ipsius? Respondeo, quod licet absolute non potest talem conditionem apponere, cum

C. Si hic. C. Sic quidem. C. Novem. int.

non possit disponere de rebus spiritualibus, ut sunt oblationes, & restator non potest apponere condiciones juri contrarias, cap. Si ex laicis, cap. Sic quidem, cap. Novem, 10. quast. 1.

128.

Loquendo tamen de Ecclesiis subjectis Ordinario, si talis conditio apposta à testatore sit approbata ab Ordinario, tunc subsistit, quia ex officio disponit de iis, quæ sunt sub jure suarum Ecclesiarum. cap. Sic quidem, 10. quast. 1. Potest enim statuere, quod oblationes convertantur in usus institutos à testatore, sic & Prælati Monasterii in hoc eodem casu, talia præstare potest, cum illius sit consentire, de cuius commodo agitur.

C. Sic quidem.

Bonacina. Pellizar.

Bonacina de Alienatione, disp. 2. quast. unica, punct. 2. num. 6. Pellizar. tract. 6. cap. 8. n. 32. §. Concedo tamen.

QUÆSTIO XXV.

An Regulares possint alienare capellas suæ propriæ Ecclesiæ?

SUMMARIUM.

129 Capella Ecclesiarum non possunt vendi quoad dominium, maxime quoad usum.

130 Locus Ecclesiæ diruta, si est inutilis Ecclesiæ nova, potest vendi.

131 Jura annui redditus, actiones servitutis, non possunt alienari.

129.

Dico, quod stante prohibitione Apostolica, non possunt Regulares vendere capellas suarum Ecclesiarum, ita ut earum dominium transferatur ad extraneos, possunt tamen illas concedere in usum ipsorum, verbi gratia, in sepulturam. Ita Quaranta, Menochius, & alii, quos citat, ac sequitur Riccius deo. 42. quibus adde Bonacina de Alien. disp. 2. quast. unica, punct. 2. num. 12. M. Lezana cap. 19. num. 16. Probatur prima pars: quia capellæ sunt bona immobilia Ecclesiastica, proindeque comprehenduntur sub hac generali prohibitione. Secunda pars ex communi praxi verificatur. Deinde illæ sunt ad usum secularium; concessio autem illarum solum ad usum non est alienatio.

Quaranta. Menoch. Riccius. Lezana. Bonacina.

130. Riccius. Dicastil.

Riccus citatus; & alii, quos citat, ac sequitur Dicastil. de iustitia, lib. 2. tract. 15. disput. 1. dub. 6. num. 31. de loco in quo fuit condita Ecclesiæ, quæ modo diruta, ac destructa est, adhuc enim censetur Ecclesiæ locus, & inde sine debita solemnitate alienari non potest; ita citati Auctores. Tamen aliter mihi dicendum videtur, si talia loca, in quibus fuit Ecclesiæ, sunt omnino inutilia, ac nullius commodi Ecclesiæ novæ, bene possunt alienari sine ulla solemnitate, ut supra diximus & docent citati Auctores de bonis immobilibus, quæ tractu temporis sunt inutilia supra, quast. 2. 2. n. 114. & 115.

131.

Dicendum est etiam, quod sine debita solemnitate non possunt alienari bona incorporata, ut sunt jura, actiones, & servitutis annui redditus; & cætera similia, nam us ad res immobiles pertinet, & inter eas

computatur, proindeque comprehenduntur in generali prohibitione. Sylvester Bonacina. Valquez, Molina, Quaranta, & alii, quos citant, ac sequuntur M. Lezana tom. 2. cap. 26. n. 56. Dicastil. citatus, n. 313.

Sylvest. Bonacina. Valquez. Molina. Quaranta. Lezana. Dicastil.

QUÆSTIO XXVI.

An Regulares, non obstante prohibitione Apostolica, possint repudiare hereditatem Monasterio relictam, non servata solemnitate requisita ad alienationem?

SUMMARIUM.

131 Prima sententia est negativa.

133 Secunda affirmativa.

134 Tertia distinctione utitur.

Dixi sunt sententiæ in hac re. Prima contendit, quod talis alienatio fieri non potest. Molina tract. 2. disp. 468. num. 11. Filiucius tract. 44. cap. 4. num. 34. Azor. part. 2. lib. 9. cap. 1. quast. 12. Quaranta verb. Alienat. n. 25. Naldus verb. Alienat. num. 5. & alii apud Sanchez lib. 6. de matrimonio, disp. 4. num. 11. & 12. Probatur; quia legatario mortuo, ipso jure legata sunt legatarii, licet ab ipso, non apprehendantur; pro quo multa juris loca adducit citatus Filiucius: sed quæ ipso jure sunt Ecclesiæ, ab ejus Rectore alienari non possunt ergo nec ista legata repudiari.

132.

Molina. Filiuc. Azor. Quaranta. Naldus. Sanchez.

Secunda sententia ex opposito affirmat, quod talis alienatio fieri possit non servata solemnitate juris requisita. Ita Sanchez citatus, num. 12. Suar. tom. 4. de Religione, tract. 8. lib. 2. cap. 27. num. 18. Layman, Bonacina, Peirin. Lezana tom. 2. cap. 19. num. 6. quos citat, ac sequitur Pellizar. tract. 6. cap. 8. num. 6. Probatur: Quia in jure solum prohibetur alienatio bonorum Ecclesiasticorum; repudiatio autem legati, aut hereditatis nondum rei acceptatæ, potius est non acquisitio, quam alienatio; cum alienatio sit distractio rei jam incorporatæ, qualis non est hereditas nondum acceptata.

133.

Sanchez. Suarez. Layman. Bonacina. Peyrin. Lezana. Pellizar.

134.

In hac tamen re distinguendum puto. Si hereditas repudiatur ob negligentiam Rectoris, vel ut ipsa hereditas transeat ad alios forte suos consanguineos, vel amicos, vel ex aliquo dolo facto inito, tunc procedit prima sententia, quia illa est dolosa alienatio juris jam acquisiti in præjudicium Ecclesiæ; quod Constitutiones Apostolicæ maxime intendunt evitare, si verò talis hereditas secum involvit lites, & controversias, & odia, tunc secunda sententia habet locum quia illud jus non est planè acquisitum, sed litigiosum, quod secum multa portat incommoda, & jus quod est constitutum in favorem Ecclesiæ non potest verti in ejus præjudicium.

QUÆSTIO XXVII.

In quas poenas incidant Regulares alienantes bona Ecclesiastica?

SUMMARIUM.

135 Alienantes peccant mortaliter.

136 Alienantes inveniunt in excommunicationem non reservatam, si ex dolo, non verò si ex ignorantia.

137 In nullam excommunicationem inveniunt ex Tridentino.

138 Episcopi & Abbates inveniunt in interdictionem ab ingressu Ecclesiæ.

139 Alii Prælati prator excommunicationem inveniunt privationem suorum officiorum.

140 Quia dicitur, absque aliqua declaratione, in foro interiori statim ligat.

141 Et præter prædictas poenas talis contractus est irritus.

142 Ad incurrendas prædictas poenas requiritur realis alienatio; & non sufficit attentata, etiam cum instrumento.

135.

Galetan. Quaranta.

136. Extravag.

Quaranta. Lezana.

Gavant.

137. Leo.

Filiuc.

Bonacina.

138.

Pro bona intelligentia hujus rei videnda sunt ea, quæ ex decretis Summorum Pontificum retulimus quastione 2. & 3. & Primò: alienantes peccant mortaliter, & committunt sacrilegium, cum irreverenter se habeant erga res sacras Deo dedicatas. Caietanus in summa, verb. Excommunicatio, cap. 75. Quaranta in summa Bullarii, verb. Alienatio num. 49.

Secundò: incurrunt in sententiam excommunicationis, ut expressè dicitur in Extravaganti Ambrosio: & cum ibi Pontifex Paulus I. usus sit illo verbo: presumpserunt: ideo non inveniunt in censuram, nisi qui malitiosè, ac cum dolo alienationem fecerint; non verò qui ex ignorantia probabili, vel culpabili talem alienationem perpetraverint. Quaranta verb. Alienatio, numero 50. Lezana eodem verbo, num. 20. Hæc autem excommunicatio nulli est reservata, & patet ex contextu, ut omnes notant. Gavantus in manuali, verb. Alienatio, num. 28. Unde Prælati regulares in foro conscientie possunt absolvere suos subditos, & Confessarii suos penitentes.

Franciscus Leo in Thesoro fori Ecclesiastici, cap. 15. num. 8. §. Nota circa. Ait, quod quamvis illa excommunicatio non sit reservata in Extravaganti, est tamen reservata in Concilio Tridentino sess. 22. cap. 11. Sed Concilium ibi solum loquitur de usurpantibus, ac convertentibus in proprios usus bona Ecclesiarum, ac proinde prædicta doctrina non est extendenda ad simpliciter alienantes, Filiucius tract. 44. cap. 6. num. 38. Dico secunda. Bonacina, de Alienatione, disp. 2. quast. unica, punct. 2. n. 9.

Episcopi, & Abbates alienantes bona Ecclesiastica inveniunt in interdictionem ab ingressu Ecclesiæ, & etiam suspensionis à regimine, ac administratione suæ Ecclesiæ, seu Monasterii, cui præsident in Spirituali Sylvestre Opuscula.

bus; & temporalibus, eo ipso incurrenda; si sex mensibus elapsis sequentibus sub interdictione hujusmodi animo perseveraverint in durato.

139.

Alii verò Prælati inferiores prædictas alienationes facientes, præterquam quod inveniunt in excommunicationem, ut supra diximus, non reservatam, addit tamen Pontifex, quod Prælati tales alienationes facientes, inveniunt in poenas privationis suorum officiorum, ac inhabilitatis in posterum ad illa, absque aliqua declaratione, & quamvis prædictæ poenæ privationis ex vi Extravagantis non sint reservatæ, cum, sine sufficienti ratione induci non debeat reservatio in poenis, ut infra dicemus, tamen ex decreto Sacræ Congregationis sub Urbano VIII. de quo q. 3. sunt reservatæ, ut Urb. VIII. constat ex illis verbis: Sublata etiam generali, & particulari illas moderandi, aut relaxandi facultate, ex quo Sedi Apostolicæ reservatæ censendæ sunt, ut notant M. Lezana verb. Alienatio, num. 22. Pellizarius tract. 6. c. 8. n. 4. ad finem.

Lezana. Pellizar.

140.

Quia verò in dicta Constitutione dicitur, quod absque ulla declaratione incurrant in dictas poenas, ideo valde communis, & recepta est sententia, quod tales poenæ incurrantur saltem in foro conscientie ante omnem declarationem. Et ratio est, quia nihil aliud videtur intendere Pontifex, ac lattores harum legum, dum his terminis utuntur, nisi quod nulla expectetur sententia ad hoc, quod illæ poenæ teneant in foro conscientie: nam aliàs superflue apponeretur illa clausula. absque ulla declaratione. Suarez. lib. 5. de leg. cap. 8. Valquez 1. 2. disput. ratione 170. licet tamen in foro exteriori, sententia declaratoria iudicis requiratur, quia nullus tenetur in se ipsum exequi poenam sui delicti. Sanchez lib. 6. in Decalog. cap. 1. §. Sanchez. num. 65.

Suarez. Valquez.

141.

Præter prædictas poenas, ponitur etiam irritatio alienationis factæ sine legitima solemnitate inducta; tum in citata Extravaganti, tum in decreto Sacræ Congregationis quastione 3. & tenet absque alia sententia vel declaratione, cum id in ipsa lege satis aperte explicetur, ut talis irritatio proprie non sit poena, ut ad incurrendam desideretur sententia, sed inducta est ad præcavendum, ne aliter fiat & ideo factum constitutioni Suarez. bus Apostolicis, est nullum. Ita Suar. tom. 4. de Religione, tract. 8. lib. 2. cap. 27. num. 20. Navar. contra Navarrum Commentar. de Alienatione. tom. 15. & sequentibus; & alios existimantes, interveniente justa causa, ac utilitate Ecclesiæ ob solum defectum solemnitatis omittæ in alienandis Ecclesiæ bonis, non esse invalidum contractum: cum solemnitas prædicta posita sit ad præsumendam justam causam, & consequenter ubi intervenit veritas cessat præsumptio. Hæc dixit Navarrus: non vidit ipse decretum Sacræ Congregationis reservantis sibi iudicium cognoscendi de utilitate, ac vera causa ad alienandum, ut diximus cum communi sententia supra, q. 5.

142.

Si verò quæras: an ad incurrendas prædictas poenas requiratur realis alienatio, an sufficiat